Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

virtutes vnde paulus ad cor Si distribuero corpus meum ita vt
ardeam et tradidero in cibos pauperum omnes facultates meas
caritatem autem non habuero michi nichil prodest ipa enim caritas est obli
uio offense ipa operit multitudinem peccatorum et offensas et facit
obliuisci iudice illorum vnde si quis fuisset magnus latro et
deberet stare in iudicio dominatur et diceretur sibi si talem haberes veste
iudex obliuisceretur offensarum tuarum multarum libenter haberet illam
veste hec vestis est caritas que ut dictum est operit multitudinem
peccatorum Item est virtus preciosus quia omnia opera in ea facta deo
facit grata et habet meritoria dampna enim opera mea non habet
veste tecta non sunt dampna in foro dei Item est virtus attractiua
quia caritas omne bonum facit suum Bernardus Cum idem bonum video si
illud diligo meum facio sine pretio et furtu videtis quo ita
stendamus scala illa sancti iacob et non descendamus per scalam
esaw que est septem continet gradus illis oculis quorum non patet
intuenti quia habito vno oculorum facit habet et aliud contra dillo

De elemosina Date et dabitur uobis luce vi[to] In quibus verbis hortatur nos ad dandum
elemosinam quia dicat date transitoria et accipietis eterna date parum et ac
cipietis centuplum quia apostolus ait ad cor qui parce seminat parce et metet
Comparatur autem bona facientibus vel elemosinam facientibus seminatori multis de causis
Primo quia seminator ante se iacet semine ita et homo debet bona facere dum vivit
et seminare ante se vnde quedam terra erat consuetudo quod omni anno ele
gebatur rex et anno finito in exilium religebatur ac mittebatur
Contigit autem vno anno quod elegebatur homo senex in regem et fuit
sapiens valde Cogitabat autem intra se quid faciam quando illi ciues au
ferent a me regnum et dixit faciam omnia que in illo anno per regnum
meum lucratus sum vel fuero in exilium vt inueniam illa cum venero
fuit et ita factum est Anno vero finito missus est in exilium et
omnia que illuc miserat secundum corporis naturam inuenit preparata ita est
de peccatore qui constitutus est super temporalia bona et vixit ad annum quia
si homo viueret eciam mille annos vix esset vnum momentum respectu annorum
eternorum qui futuri venturi sunt post mortem committat ergo quilibet
necem in exilium et faciat sibi amicos de mamona iniquitatis